



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.11. Quo modo hæc mensura, non à nobis, sed ab aduersarijs sit  
implenda?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](#)

52 Cap. II. Iciliini, & Alberici exemplo,

Gen. 6.

12.

decreto constituta erat primæuo mundo,  
diluuium immissum est. Cumq; vidisset Deus  
terram esse corruptam (omnis quippe caro cor-  
ruperat viam suam super terram) dixit ad Noë:  
Finis uniuersæ carnis venit coram me: repleta  
est terra iniquitate à facie eorum, & ego disper-  
dam eos cum terra. Ita impletâ mensurâ  
Sodomitarum, sulphur & ignis de cælo ce-  
cidit: Clamor, ait, Sodomorum & Gomorrhæ  
multiplicatus est, & peccatum eorum aggra-  
tum est nimis. Ut enim Præfecto aliquo sub-  
ditos Domini sui nimium premente, Do-  
minus et si non statim vnius clamorem au-  
diat, clamore tamen nimium inualescen-  
te, & totius multitudinis vocibus vel nolens  
excitatur ad vindictam: Ita Deus, tot pec-  
catis in cælum clamantibus, adigitur ad  
verberandum. Quin finis uniuersæ carnis,  
in excidio totius Mundi, tunc erit, cùm  
terrâ hæresi, magia, idololatria, & atheis-  
mo refertâ, totius orbis mensura implebi-  
tur. Denique vniuscuiusque peccatoris in-  
teritus & perditio tunc venit, cùm mensu-  
ra, quam ei Deus constituit, implebitur.

XI. Quid dormis igitur, ô peccator? quid  
Qvo mo- peccatum peccato accumulas? fortasse hat-  
do HÆC nocte, fortasse hac blasphemia, hac ebrieta-  
densura, hoc

ec, hoc adulterio, hac fornicatione, hoc ~~NON ANOD~~  
furto, hac contumelia mensura tua imple-  
bitur, & in peccato morieris? fortasse hoc  
tuum peccatum erit ultimum, quo implebi-  
tur mensura totius communictatis; & illa ~~BIS, SED~~  
propter hoc peccatum, aliorum peccatis  
adiectum, peribit; quod non fieret, si poe-  
nitentiam cum Italis, cum Niniuitis, cum  
alijs egisses, mensuramq; peccatorum tuo-  
rum, potius euacuasses, quam impleuisses.  
Hoc si omnes agamus, frænabit Deus hære-  
ticos, & hostes nostros ad nihilum rediget.  
Nam habent hi quoque suam nsensuram & ter-  
minum, cum satis diu fideles affixerint, & pec-  
cata peccatis sine fine, sine metu Numinis, cu-  
mulauerint: tunc & ipsis flagellum imminet,  
quo vel omnes, vel bona pars eorum dispereat.  
Sic cum Assyri & Chaldaï populum Dei, &  
alias nationes sapient afflixissent, tandem & ipso-  
rum regna cum maxima mortali strage euer-  
sa sunt. Idem Vandals, Hunnis, Arianis, &  
alijs huiusmodi Ecclesia flagellis ac pestibus acci-  
dit. Idem nostris quoque hereticis eueniet, qui  
modo ad castigandam superbiam, iactantiam, lu-  
xuriam, acediam, aliaq; Catholicorum peccata,  
ad tantam assurgere potentiam permissi sunt.  
Cum enim Dei eorum malitia & viribus satis

~~AB AD-~~  
~~VERSARIIS~~  
~~SIT IM-~~  
~~PLENDAT?~~

Leonard  
Lefl. de  
diuin.  
perfect.  
l. 13. c. II.

34 Cap. III. Damnatae feminae exemplo,  
usus fuerit ad fidelium castigationem, & men-  
sura peccatorum fuerit impleta, etiam exscin-  
dentur, & in ignem aeternum, tamquam palmi-  
tes præcisi, & omnino inutiles, projicientur.

C A P V T III.  
D A M N A T A E F Ä M I N A E  
E X E M P L O O S T E N D I T V R,  
S I C V T H V I V S V I T A E M A L A I N  
B O N A , I T A V I C I S S I M V O L V P T A T E S  
I N A E T E R N A S C R V C E S G O N-  
V E R T I .

I.  
CVR MA-  
GIS MERI-  
TI M̄NVS  
POENARVM  
HABEANT  
IN HAC  
VITA?



VPEREST adhuc vna quæstio, de  
duobus fratribus, præcedente ca-  
pite & exemplo, à nobis comme-  
moratis. Cùm enim Icilius hæreticus, fra-  
ter autem eius Catholicus fuerit; cùm Ici-  
lius fratre suo Alberico longè ambitiosior,  
iniustior, truculentior extiterit; cùm incó-  
parabiliter plures, ac sæuioribus modis ius-  
serit contrucidari, cur, obsecro, Icilius tam  
tolerabili, Albericus tam inaudito genere  
mortis è medio sublatus est? Siquidem Ici-  
lius, prælio victus, captus, in caput vul-  
neratus, & pede saucius, dolore magis ani-  
mi, quam vulnerum grauitate confectus de-  
cessit.